

Exemplum Literarium ab Equite Polono
scriptarium Varavia decurrente mense Majo
A. 1669. Polonice impressarum

Nullis dubito, notum jam esse, ex tot de argumento compositis & sparsis scriptis, quod inter duos tantum competitores diadema nostrum ambientes pendeat deliberatio. Scirco brevibus me expediam, contentus has solas utriusque partis indicasse rationes, quae magis ad captum cujusvis Nobilis erunt, & quas per evidentiam negare foret difficile.

Lotharingum commendant ista: quod sit juvenis: quod facile possit suscipere Polonos mores, addiscere linguam: quod praeditus sit firma & vividâ valetudine, tolerandis castrensisibus incommodis aptâ, tum memoriâ. Floridâ, recipiendis nostris institutis et legibus idonea: quod in eo sit aetatis status, qui secum nuptias bono Reip. ducat. Fortuna nempe juvenum amica. Accedunt spes magnae, quas sibi ut plurimum de juvenibus Principibus homines pollicentur. Qui tamen alicui erutina Reip. nostrae expendit statum inter tot fluctuantem pericula, fateatur necesse est, eum sapiente gubernatore, opus habere: Sed & merito quemq; juvenilis imperij memorem debet deterrere ab eo illud sacrae scripturae oraculum, *De genti, cujus Perier est.* In promptu causa est: quod grave cuncta regendi onus robustos requirat laertos. Non est, cur magnopere, ceream

juventutem, exoptamus, ne scilicet ei corrupti seculi nostri imprimantur mores: neve, ut novis surculis huc et illuc flectatur ad libitum Padagogorum, quod Ministorum genus libera Reip. grave foret.

Lingvam nostram addiscet? Sed quis novit, quis sponsor esse potest, an magis ignea juvenis patitur animum applicare adhaec studia, quam illa matura aetas, quae ad nutum omnes frenat regitque affectus.

Vigor valetudinis res est bona, sed ille cuius experimentum diuturni labores fecerunt, non ille qui solo aetatis juvenilis ostentat se. furo. Nullum aequor tot procellis patet, ut lubrica aetas crebris inconstantiae-tempestatibus, vicissitudinibus et omnis generis cupiditatibus subjecta est. Ibi ira, furor, vindicta, superbia, pertinacia, temeritas & ingratus animus regnat. Ibi videre licet orbis Phaeontes per quos plurimas Reip. labefactatas constat. Experti sunt in Vladislao ad Varnam in Ludovico ad Mochatium Hungari, rem ita se habere. Sed et nos una in Vladislao cepimus istius veritatis experimenta.

Nuptiae ex mente Reip. contractae, res est utilis. Iria tamen Augustus & Sigismundus, quamvis matura uterque aetate esset non satis ad mentem Reip. haec iterabant vota: quis sponsor hunc juvenem Principem inter blandientium turbas fore magis obsequentem. Henricum ex Polonia hoc quoque expulit, quod iustus fuerit matrimonium inire (cum Principe. Anna Augusti sore) contra animi sui sententiam.

Spes magnas fert secum juvenus: at quam saepe fallaces! Bone spei erat adolescens Nero, optima Caligula, ante hos Sardinapalus. notum orbi quam falsa existerint spes de illis

illis concepte. Juventutem enim facile magna dissolvit fortuna. Atque
hæc sufficiant de ætate istius Competitoris.

Quod ad fortunam attinet, hanc per aliquam esse, fateri me oportet.
Pater enim ejus annuorum censuum nomine octo millia numerat.
Patris vero fata Gallica dominationi aperta in Lotharingiam porta
(in qua certe claudi nequit eversis à Rege omnium munitissimarum
urbium muris et vallibus) ei jus relinquet successionis, quod prætet
adversus potentiam. Monarchia illius, qui coram nullo tribunali
conveniri poterit. Dicat quicquid velit per Emissarios: hoc
certum est, non posse eum monstrare rescissam esse illam ante
sexennium factam à Domo sua cum Gallo transactionem, per
quam illa Lotharingiam, ut antiquum feudum, cesserit Gallie.
Evamobrem non optarem id mali patriæ meæ Suevica electio,
nis exemplo satis edocta, ut velit regnantis innodari præ
tensionibus.

Dux Neo,
Burgicus

Deo redeo ad alterum competitorum, qui, quod ingenue fateor
offert se, vir perfectus viris, quinquagesimum tertium ætatis
supergressus annum: in qua ætate, matûra imperio prudentia,
affectuum expertus in jure dicendo & distribuendis præmijs judi
cium, valetudo laboribus & molestijs ferendis assueta, animus
adversis & secundis rebus exercitijs omnia studia et desideria
freno moderationis coercita reperiuntur. Hæc enim ætas est
quæ per timet bella, nec provocat. Hæc ætas gaudet amicitia absq; mutatione, auctoritas absq;
vindictam, male cuncta ministrantem impetum inconsideratam
confidentiam, ingratum animum aversatur.

Offert idem cunctis optandam Principibus (etsi hereditarijs
bonis ditatam & magnis in Imperio-Romano dignitatibus
Ecclesiasticis destinatam.) sobolem, obsides sua erga nos be
nevolentia, citra ullam tamen Reip. incommodum, citra ullam
molestiam vel onus peculij publici & panis bene meritum.

Juicio

Idcirco quamvis iste Princeps nullum aliud ad rectum & laudatum regimen haberet incitamentum, iste ipse ingenitus, ut quilibet patrem, ita & illum, illic permoveret & perduceret affectus ut cum sciat, quod sanguini & hereditati nostra nesciant famulari sceptrum, hunc apud nos promereatur affectum et favorem, qui solus relictam à parentibus solet ad paternum solium promoveri, sobolem. Reflectamus oculos in domestica, præteritis peregrinis hinc, rursus exempla, & facile videbimus, quantam cum laude imperarint Boleslai, Sigismundi & alij qui numerosiorem post se, reliquerunt prolem. Hic respectus omnia amara Principibus dulcia reddit idem graves regnantium allevat curas, tollit fastidia & impetum calidorum consiliorum sistit.

Offert pacatos & nullis innodatos difficultatibus hereditarios Ducatus: unde patet, ut totus nostris incumbet rebus, ut domestica Reip. consummata prudentiam possit sanare vulnera, pristinam omnibus reddere confidentiam, sibi justis rectis Principis estimatione comparare affectus: nam eum domestice non distrahent cura, bella, motus: ideo cuncta sua illuc convertet. Audia, cunctos conatus, labores, curas & molestias castrenses, quorsum eum Reip. & non privata vocabunt rationes: rediget ad officium, quæ bello, quæ pace Cosacos, reducet ad obsequium Ucrainam, educet ex visceribus Regni milites tanto facilius, — quanto pacis amantior in suis manet ditionibus hereditarijs.

Frustra in eo veremur Germanismum: cui Pacta conventa, de non inducendis Germanis, sicut Henrico de Gallis occurreret et obstruere viam. Longe majus imminet Germanismi periculum

ne involvamus cum vicinis Principibus gravibus bellis per Prin-
cipem juvenem et confidentem in favorem depressa potentia Au-
striaca: cui fini parata habet Vienna studia et subsidia. Mulie-
bre quoque frustra nos terret dominium. Novit iste Princeps-
vires suas, novit se esse virum, nec se patitur ut elephas duci
Propria, ibi uxor inter solas maritales manet curas. Majus hic
ab adverso esset periculum, si cum filia Caesaris Cesaream
necesse haberet suscipere directionem sub specie Residentium
Pedagogorum, Aulæque Magistrorum. Ivis præterea vidua Cæsa-
ris, quæ alias ipsi Viennensi Aula gravis est, viam adeundi Fili-
am præcluderet.

Offert etiam promptam omnes cum Republ. factas capitulatio-
nes exsequendi sine dolo voluntatem: Ut vero in concurren-
do ad petendum diadema nostrum augeat gloriam suam, orbique
monstrare possit estimationem cum solitis inq. ejus,
modi occasionibus receptis usum Magnorum Principum
intercessionibus venit, non cum perniciosis fœderibus vel
ut malevoli interpretari et appellare amant, ligis: quod
ipsam est probitatis, capacitatis ejus testimonium. Alij vero
conquisitis suspicionibus et blandimentis suam tegunt
nuditatem, ut persuadeant, quod conscientiam, virtutis propria,
non defectu estimationis, nullas adferunt commendationes, et
solum Pretenses Pretensem promoveant, ac domesticis testi-
monijs agant.

His itaque et multis alijs, quarum plena sunt tot scripta,
sine affectu et partium studio, persuasus rationibus, conside-
rando

rando magis solida quam speciosa et vane promissas, ut Itali dicere solent, castelli in aëre. (arces in aëre) non video profecto cui alteri debeamus tam periculosis temporibus credere. Reip. nræ regimen, præ isto, qui aetate, prudentiâ, rerum per tot usus ac quæsitâ experientiâ, æstimatione, orbi & nobis notus dignas throno secum fert dotes, cumq; his patria nostra desiderabilem prosperitatem.

Excerpta ex litteris ad viros quosdam
Illustrissimos de statu electionis & Reip.
Polonæ datis.

A. die 9. Junij 1669.

Ad nominandos in Comitio Candidatos nondum ventum est. Omnium ora Neuburgicum & Lotharingum illum potiora, Gallum forte & Moscum, multorum Procerum corda ferunt. Proceres qui prope integros exercitus pro comitatu Stylico adhibent sicut nuper admodum Princeps Boguslaus Radziwilius præeuntibus bis mille Proceribus & Equitibus sequentibus totidem clientibus et militibus Varsaviam inijt, Comitium magna complerunt parte. Jam sexaginta hominum millia in Comitio censentur, licet nondum Proceres vel Equites omnes convenerint. Hinc omnia ibi intuta noctu præsertim. Ivis enim et ipsos custodes pontis Visulæ